





1655

1. Froelich, Gabriel : Recertioratione
2. Frömmann, Johannes kurzes : Hypothyporis iuris furiosorum
viva Paris
3. Gumbrius, Johannes libertinus : De obligatio artus inguere.
4. Gallesius, W. Thelum Humeros : De praeventione iurius de
Tironis
5. Lehmann, Gustavus Bogislaus : De brocardico : excute,
salvam.
6. Schuster, Georgius : De actibus et lato et solutione
et libratione.
7. Schreyer, Iwanus Albertus : De gloriæ.

1656

1. Kranegk, Carolus Sigismundus, j: : dominus, maris
dominus.
2. Lapp, Johannes Richardus : De fundo ecclesiastico
multo remissatis - Lehen
3. Commerell, Johannes David : Ne hermosus fideicommissorum
familiae exhibens analysis Nov. 159.



1658

4. Gambrias, Iohannes Sebastianus: De paucis
tentia iures, quatenus in contrachas nominatas
et indominatae incident.

5. Gambrias, Ioh. Sebastianus: De alluvioribus

6. Gambrias, Iohannes Sebastianus: De anactibus in genere.

7. Gambrias, Iohannes Sebastianus: De affectatis

8. Guelchen, Mauritius Wilhelmus: De fundo legio

9. Rehman, Iohannes: De adiurenda vel amittenda possess.

S'one

10. Rehmann, Iohannes: De corporis librum

11. Rehman, Iohannes: De multeta.

12. Schwarzkopff, Corpus: De vindicta privata

13. Tabor, Ioh. Olo: De fine cerevisarii occasione
recitationum ad 1.3 P. de commone et mercatoribus

suscepta.

1657. Tabor, Ioh. Christianus: De silentio

1.

1657.

1. Gantvries, Johanes Libortsacus : De contractis mutuis
2. Golias, Ioh. Adamus : De termino moto
3. Graffs Galfridus : De detentione
4. Lued, Georgius Gellus : De salutabilitate
5. Ribba, Iohannes : De instantia imp. processum.
6. Ribba, Iohannes :
Prima
7. Sattlerus, Johanes Halorcanus : De confessis
8. Vambueler, Johanes Ernestus : De concorda delictorum
in genere

1668

1. Horntuffius, Georgius Lancast : Doceos questionum
ex variis iuris capitibus
2. Schallerus, Jacobus : Paradoxon de tortura in Chir-
urgia republica non enervanda. Rec. 1792.
3. Schultz, Benjamin : De juri bus praediorum.




1658

abida

Y
K
S
C







24 Dep.
531.

Q. D. B. V.
DISPVTA^TIO IN AVGVRALIS
DE
RETENTIONE,

Quam
AVTHORITATE
Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi JCtorum
ordinis in Illustri ac inclyta Argentoratensi
Academia,

pro consequendis
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS,

publico & solenni examini submittit
GOTTFRIDVS Graff/ Austriacus.

ad d. 9 Maii.



ARGENTORATI,
Ex Typographeo FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LVII.

1526 D E 7
DISPUTATIO IN VANGELIIS

DE
RETENTIONE

V A T I C A N I S M U S
G O T H I C U S A N D R I C U S
G O T H I C U S A N D R I C U S

V A T I C A N I S M U S
G O T H I C U S A N D R I C U S
G O T H I C U S A N D R I C U S

IN NOMINE JESU!

DE
RETENTIONE.

TH. I.

RE TENTIO à retinendo dicta, variis in jure nostro effertur nominibus: modo enim COMPENSATIO dicitur l. in restituenda 4. C. de pet. hered. l. sumtus 48. ff. de R. V. l. 4. ff. de Compensat. modo EXCEPTIO dolii §. ex diverso 31. §. quarratione 33. cumseq. Instit. de Rer. divis. l. sin autem 27. §. fin. ff. l. II. l. 16. C. de R. V. l. Paulus 14. l. ult. §. 2. ff. de dol. m. & met. except. Coler. de Proces. Execut. p. 1. c. 2. n. 229. Ol- dendorp. class. 3. act. 2. Dn. Frantz. Exercit. Inst. 4. q. 5. n. 3. modo & magis propriè D E T E N T A T I O l. 5. ff. de impens. in rem dot. l. unic. §. 5. vers. cum enim C. de Rei uxor. act.

II.

Variasque præterea induit significationes. Nam ut eas omittam, quas hinc inde non apud alios Latinæ lingua autores modò, sed & in ipso juris Civilis corpore legere licet, dum *vulgari* loquendi consuetudine latissimè quamlibet conservationem rei denotat, *ut in l. pen. §. 1. C. de usfr.* ubi Imperator Justinianus multas & innumerabiles causas incidere ait, per quas homines jugiter *relinvere*, quod habent, non possunt. Et in l. I. §. II. ff. de aq. & aq. pluv. arc. aquam pluviam in suo reti-

A 2 effe-



nere omnibus jus esse : & alibi passim. Etiam *juridicē*, effectu verbi altius considerato , diversimodè accipitur. latè & strictè. Latè pro qualibet perceptione rei aut iuris sibi in re aliqua competentis conservatione, *text. in L. arboribus 12. §. 2. & 4. ff. de usuf. l. 28. c. de donat. l. 16. de liberat. legat. §. 9. Inst. de Fideicommiss.* Quo sensu nonnunquam ipsa compensatio involvitur, *l. 20. ff. de compensat. l. 30. ff. de act. emt. l. 13. de negot. gest. nonnunquam pigneratio Nov. 134. c. 7.* Strictè pro justa rei detinione ad tempus. Quo casu iterum aut actum notat retinendi, *l. se non forem 26. §. 4. l. 33. ff. de condit. indebit. l. 14. §. 1. comm. divid.* aut Exceptionem, quâ defendimus rem quam tenemus, simulque removemus petitorum, *l. 14. ff. de dol. m. & met. except. l. 48. de R.V. Vultei. ad §. sequens illa divisio 16. Inst. de Act. n. 44.* Quæ prior illa significatio huius loci est.

III.

Hinc definitur quod sit actus jure permissus, quo quis rem alterius penes se ex certa & justa causa existentem tamdiu detinet, donec de eo, quod sibi deberi pretendit, satisfiat. *l. 19. de V.S. l. 26. §. 4. de condit. indeb. Bachov. ad §. Compensationes 41. Inst. de Act. n. 1.*

IV.

Divisionis membra quod attinet, in quæ Retentio dispescitur, sunt illa quædam , quæ retentionem respiciunt, prout in lata sua significatione & compensationem & retentionem in specie in se involvit : Et tunc dividitur in eam, quæ est ad tempus, quasi jure pignoris, *l. 26. §. 4. ff. de condit. indeb.* & eam quæ fit in perpetuum, quasi jure compensationis, *l. 5. ff. de dot. præleg. Pac. analys. Cod. de rei uxor. act. §. 6. n. 3.* Quædam vero quæ retentionem respiciunt, ut consistit in strictiori sua significatione, & tunc dividitur (1) in eam quæ facti est.

& fi

& fit oppositâ dolî mali exceptione, l. 33. ff. de condicâ. in-
deb. l. 14. de dol. m. & met. except. & eam, quæ fit ipso jure,
arg. §. item si de dote 39. Inst. de act. l. 5. l. 7. §. ult. l. 9. ff. de im-
pen. in rem dotal. Frantz. Exercit. Inst. 4. q. s. n. 11. Vul-
tei. Comment. Inst. §. sequens illa divisio 16. Inst. de actio-
nib. n. 44. Treutl. vol. 1 D. 22. th. 8. (2) in eam, quæ in judi-
cio fit, & quæ extra judicium, de qua infra in th. 36.

V.

Cavse, quarum cognitio in jure, ut aliâs præcipua
est, aliæ externæ sunt, aliæ internæ: Illæ efficiens & finis:
Hæ materia & forma. Efficiens partim principalis est,
partim minus principalis: Principalis remota & proxi-
ma; minus principalis, impulsiva:

VI.

Causa Efficiens Retentionis remota est *jus civile*:
Ita enim edocemur à Bachovio, qui in *Comment. Inst.*
§. bona fidei *Inst.* de *action.* n. 6. etiam jure civili veteri
eam cognitam fuisse asserit, sed tamen non nisi necessi-
tate urgente admissam. Quamvis quidem negare non
possimus, etiam jure gentium eam usurpatam fuisse,
præsertim, cum ex naturali æquitate fluat, ut infra dicte-
tur; tamen quia civili jure informata est, *I. Paulus* 14. ff.
de dol. mal. & met. Except. l. 38. de petit. heredit. l. 48. de
R. V. huic meritò adscribitur, potissimum, quia non us-
quequa libere retinere rem alterius pro debito pos-
sumus, prout ipsum ex quibusdam textibus apparet, *ut*
l. 40. §. fin. ff. de *Condicâ indebit.* l. 12. de *vi* & *vi arm.* sed si
subdit causa retinendæ rei cohærens, *Gail.* 2. *Obs.* 12. n. 5.
Unde *Colerus* etiam p. 1. *process. execut.* c. 2. n. 184. dari ex
causis retentionem dicit, à jure determinatis & expres-
sis. add. *Dn. Hahn.* in *Obs.* ad *VVesemb.* tit. de *compensat.*
corollar. ult. Et aliâs in jure novum non est, ut respectu
formæ, quam ex dispositione juris civilis actus quidam

trahunt, huic adscribantur, l. 130. ff. de V. S. §. 1. *Instit. de Oblig.* quales sunt *Donatio tot. tit. Inst. de donat.* ibique *Locam.in pr. tit.a* *Testamenti factio, Schneid. Instit. de Testam.n.14.* *Ungeb. Exercit. 8.q.1.*

VII.

Causa proxima consistit in causis & rationibus ob quas beneficium hoc retentionis conceditur. Quæ quidem variae sunt, pro varietate negotiorum quibus homines sibi invicem obstringuntur, quas tamen omnes ad duo ista capita referemus: quod scil. Retentio detur ex causa *Juris vel in re, vel ad rem.* Imitati hac in parte *Magnificum Dn. D. Taborem Mecoenatem nostrum summum, qui duo ista in part. suis Element. part. 2. thes. 3. & acquirere nos & amittere & conservare scribit.*

VIII.

Et quidem ex causa *juriſ in re retinemus rem vel quia res nobis est oppignerata, l.4. l.7. ff. in quib. caus. pigr. l. 8. de pigr. act. vel quia impensas in eam fecimus, arg. l.5. ff. de Impens. in rem dotal. l. 33. de condit. indebit. l.17. in fin. commodat. Gail. 2. Obs. 12. n. 6. Frantz. Exercit. Instit. 4. q. 6.*

IX.

Ex causa *juriſ ad rem retinemus rem eius, quem habemus obligatum, l.3. de O. & A. sive obligatio illa naturalis & civilis simul sit, adeoque per se efficax ad agendum, pr. Instit. de Oblig. fulcira nimurum utroque vinculo æquitatis & utilitatis; sive naturalis tantum, quæ solius æquitatis vinculo sustinetur, l.95. §. naturalis 4. ff. de solut.* Quod quidem de priori illa obligationis specie minus dubitatur, quia ea propter actio & petitio comparata est, d. pr. *Instit. de Oblig.* ergo etiam retentio, quæ petitione multè favorabilior, l. per retentionem 4. C. de Usur.

Usur. & facilius conceditur quam petitio, l. i. ff. de pign.
Barbos. axiom. i. cap. 52. lib. 16. Quod si verò naturalis
tantum subsit obligatio, tunc licet effectum leges ei
non tribuant, ut actionem producat, hunc tamen per-
mittunt, ut quod solutum ex ea causa est, retineri pos-
fit, l. 16. §. 4. ff. de fideicommiss. l. 10. de Oblig. & Act. l. si is.
cui 94. §. Favius 3. ff. de solut.

X.

Causa impulsiva, quæ Legislatores commovit ut retentionis hoc beneficium permiserint, potissimum ubi nulla actio comparata est, est Aequitas. Recipit enim, inquit Magnificus Dn. D. Tabor, Præceptor quondam æternum venerandus, in allegatis jam suis partit. Element. part. 3. sect. 3. thes. 19. & approbat jus civile aliquas obligationis naturalis species, ob evidentem aquitatem, quæ bono civitatis qualiter tenus convenit itaque licet ei vim actionum non tribuat, alios tamen effectus remissiores permittit, quippe qui ex jure gentium & ipsi promanant. Hinc sumtus in prædium quod alienum esse apparuit, à bonæ fidei possessore facti nullâ actione peti possunt, sed solâ aequitatis ratione per officium Judicis, doli exceptione oppositâ servantur, scribit J Cetus Papinianus, in l. 48. ff. de R. V.

XI.

Quia verò aequitas in jure non una est, sed naturalis alia, alia civilis, W esenb. n. de Compensat. n. 3. & utraque præbeat causam retentioni, ideo etiam utraque h. l. erit consideranda. Naturalis quidem, quando nullâ alia ratione id, ad quod jus aliquod habemus, servare possumus: tunc enim, ne, dum juris civilis remedio destituimur, alter damno nostro locupletetur, quod natura lijuri-contrarium, l. nam 14. ff. de Constit. indeb. l. jure nature 206. ff. de R. I. c. locupletari 48. de R. I. in sexto. permisum:

sum est legibus , ex eadem æquitatis ratione , nostrum servare , ad quod repetendum jure civili nulla daretur actio . § . ex diverso Institut . de Rer . divis . l . 14 . § . 1 . vers . diversam ff . Comm . divid . Civilis verò quando actio quidem datur , sed nostra interest potius non solvere , quam solutum repetere , l . 3 . ff . de Compensat . l . 59 . ff . de Furt . & publica præterea id requirat utilitas , ne lites ex litibus serantur , l . si quis 11 . in fin . C . de reb . cred . sed abbrevientur , l . prope randum 13 . C . de jud . ut litium aliquis finis sit , l . fin . ff . pro suo . l . 2 . C . de re judic . l . 2 . in pr . de ag . & ag . pluv . arc . nec fiat perplura , quod fieri potest per pauciora . l . 1 . ff . quod met . caus . l . ampliorem 39 . § . 6 . C . de Appell . l . fin . C . de donat . Et hæc de causis externis .

XII.

Jam ordine observato ad internas deveniamus , Materiam scil . & formam . Materia duplex est , subiectiva & objectiva : subiectum sunt personæ , quibus hoc beneficium retentionis competit , & deinde contra quos dirigitur . De illis *Cui competit* , prolixiores erimus , ita tamen ut secundum præfatum modum , in th . 7 . & seq . illas in duas Classes distribuamus , quarum prima personas comprehendet , quæ ex causa juris in re competentis Retentionis beneficio fruuntur : Altera quæ ex causa juris ad rem . Quia verò jus in re rutsum vel ex causa pignoris hypothecæ datur , eaque expressa vel tacita ; vel propter impensas , ut modò in præcedentibus dictum , ideo & in his ordo servabitur .

XIII.

Quod itaque Personas concernit , quæ ex causa juris in re , propter pignus vel hypothecam expressè constitutam privilegio Retentionis gaudent , sunt illæ omnes Creditores , qui rei oppignoratae habent possessionem . Hi enim quia habent actionem ad rem oppi-

gnera-



generatam consequendam, l. 24. C. de pign. l. 17. ff. eod. §. 7.
Instit. de action. etiam Retentionem habebunt Rei pos-
fessæ. l. 50. ff. de solut. l. 1. §. 4. ff. de superfic. l. invitus 156. §. 1.
de R. I. quæ pinguius est remedium petitione, l. deducta
58. §. acceptis 3. ff. ad Senatus cons. Treb. l. cum pater 77. pr.
de Leg. 1. dummodò ne inutiliter aut vitiosè pignoris
contractus intercesserit. l. 25 ff. de pign. action.

XIV.

Retinet autem Creditor pignus sic constitutum
non tantum pro sorte integra non soluta, l. sitem 9. §. 3. l.
11. ff. de pign. act. sed etiam quando in rem oppigneratam
aliquid impedit ad eius conservacionem, l. interdum 5.
& seq. ff. qui potior in pign. l. necessarias 8. l. 1. de pign. l. 7. C.
de pignor. act. etiam tum cum pignus prætorium fuerit,
constitutum ex missione in bonorum possessionem, l.
9. §. 3. & 4. ff. de reb. aut. jud. possid. Treutl. vol. 2. D. 24.
thes. 3. lit. d. Quemadmodum etiam si pignoris causa tri-
buta vel alia onera persolvit, l. 6. C. de pign. l. 7. C. de pigno-
rat. act.

XV.

Vtrum verò pignus in sumمام aliquam nomina-
tim acceptum, pro alia, quæ sine pignore debet reti-
neri possit non incommodè hic queritur? Sanè Pacius
iravtiopav. 4. q. 47. admittit quidem posse retineri, arg. l. un.
Cetiam ob Chirogr. pec. Sed non nisi in pecunia illa quæ
debetur ex Obligat. Chirographo comprehensâ idque
ex hac ratione, quia speciale jus hac constitutione in-
troducedum est, cum aliæ pignus soluto debito libere-
tur, l. 6. ff. quib. mod. pign. nec retineri possit, nisi in eam
causam in quam fuit datum, l. 11. §. in sortem, ff. de pign.
act. Verùm his non obstantibus, Colerus part. 1. cap. 2.
n. 258. existimat etiam pro alio debito, quod chirogra-
pho comprehensum non est, pignus semel constitu-
tum retineri posse, modò id naturaliter & civiliter

B

debeantur.

debeatur; cum eadem h̄ic doli mali quæ in debito isto
militet exceptio, d. l. un. nam uterque improbè facere
videtur, non solvendo quod se debere fatetur, nec a-
gnoscere bonam fidem, sed tantum pignoris recipiendi
causa solvere, aliàs non soluturus, Perez add. l. un. C.
etiam ob chirograph. pec. vid. Carpz. p. 2. constit. 25. def. 25.

XVI.

Atque hoc quod de pecunia haec tenus dictum est,
etiam ius usuris locum habet, ut & pro iis pignus in for-
tem constitutum retineri possit, si forte solutā cas debiti-
tor solvere detrectet, l. 4. C. de Usur. non tamen promi-
scuē, sed cum quadam limitatione: si de iis præstandi-
conventum fuerit expressè, d. l. 4. l. 22. C. d. t. de Usur.
Conventiones enim h̄ic inspicienda sunt, ultra quas
pignus non extenditur, l. solutum II. §. 3. ff. de pign. att.
Quapropter si in fortem duntaxat obligatum est pi-
gnus, retineri non potest nomine usurarum: nec si ob-
ligatum duntaxat in usuras potest retineri nomine sor-
tis, sed soluto eo, propter quod obligatum est, locum
habet pignoratitia, d. l. solutum II. §. 3. Perez Comm. Cod.
tit. etiam ob chirograph. pec. n. 4. Pac. analys. Cod. eod. tit. n. 3.
Boc. Class. 4. Disput. 20. thes. 24. Ummius de process. Disput.
21. num. 34.

XVII.

Deinde ex eodem juris fundamento retinere etiam
potest Locator prædii Rustici res Coloni inventas &
illatas in prædium, si in pensionis solutione negligens
fuerit: nam & h̄a non nisi quām si expressè de iis actum
fuerit, hypothecæ creduntur subiectæ, l. 5. C. Locat. Cond.
l. 4 ff. in quib. caus. pig. Welsenb. in π. in quib. caus. n. 2. C. A.
eod. thes. 3. Bachov. ad Trenil, volum. 2r Disput. I. thes. 4.
lis. b. c.

XVIII.

XVIII.

Qui porro ex causa taciti pignoris jus retinendi habent sunt (1) LOCATOR prædii urbani, qui res inquilini inventas & illatas in prædium urbanum tamdiu detinere potest, donec pensionis nomine ei fuerit satisfactum, l. fin. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. cont. l. utique 34 ff. de damn. infect: dummodò eo animo illatæ fuerint ut ibi perpetuo sint. l. 7. §. 1. ff. in quib. caus. l. debitor 32. in fin. de pign. idque providentiâ legis, quasi tacitè fuisse conventum, l. 4 ff. in quib. caus. pign. Retinet autem res sic inventas non solum pro pensionibus, sed & si deteriorem fecerit habitationem causâ suâ inquilinus, l. 2. ff. in quib. caus. pign. Carpz. p. 2. confit. 25. def. 20. Coler. part. 2. c. 1. n. 267. Quemadmodum simili ex causa in prædiis rusticis fructus retinere potest, qui ibi nascuntur: quia & hi tacitè pignori esse Domino fundi locati intelliguntur, l. 7. ff. in quib. caus. pign. l. 24. §. 1. l. 53. ff. Locat. quamvis de his plerumque etiam nominatim convenire soleat, l. 11. §. 2. ff. qui potior. in pign. C. A. in quib. caus. pign. th. 3. edit. nov.

XIX.

Ex eadem (2) causa retinet VXOR omnia bona mariti non solum propter dotem illatam restituendam, l. un. §. & ut plenius i. C. de rei ux. act. c. 5. extr. de pig. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 189. utspte quæ secundum opinionem communem, attestante Gailio 2. Obs. 36. num. 3. à die nuptiarum privilegio taciti pignoris gaudet. adde l. assidus C. qui pot. in pig. l. in rebus 30. C. de jur. dot. §. fuerat 29. Instit. de act. Sed etiam pro consequenda donatio propter nuptias, quoties eam mulier sibi acquisivit, l. ubi 29. C. de jur. dot. l. 19. C. de donat. ante nupt. Nov. 109. c. 1. 97. c. 1. Myns. 5. Obs. 4. n. 4. Carpz. part. 2. confit. 25. defini. 8. n. 6. C. A. in quib. caus. pign. thes. 5. edit. nov. Item

pro bonis paraphernalibus, & aliis præter dotem illatis,
l.fin. C.de pæct. conv. d.l.ubi 29. C.de Iur. dot. Gail. 2. Obs. 92.
n. 10. Mynsing. d. Obs. 4. Carpzov. d. def. 8. modò in his
possessio marito fuerit permissa, l.8. C.de pæct. conv. nam
liberum est mulieri in bonis paraphernalibus vel mari-
to ea dare, vel eius tantum custodiae committere, vel
etiam sibi retinere dominium, possessionem & custo-
diam, l.9. §.ult. l.29. C.de jur. dot. l.8. l.ult. C.de pæct. conv.
quamvis rectius sibi consulat mulier, ut Imperator, in
d.l.8. C.de pæct. con. suadet, quæ se ipsam marito commit-
tit, ut res etiam eiusdem gubernari patiatur arbitrio.
C. A. de jur. dot. thes. 27. Quod & de illis bonis intelli-
gendum, quæ vigore pactorum dotalium mulieri de-
bentur, d. l. ubi 29. C. de jur. dot. ut & pro iis rerum Mari-
ti retentio detur, donec restituantur, Coler. p.1.c.2.n.190.
Carpzov. p.2.c.25.def.10. n.4.

XX.

Quæ omnia quidem in allodialibus mariti bonis
secundum allegata rectè se habent. Utrum verò id
ipsum ad feudalia etiam bona extendi possit, ut simili-
ter illis mulier incumbere possit eaque retinere pro iis,
quæ ei debentur, non caret disceptatione. Quam-
controversiam quamvis ad obiectum potius Retentio-
nis retulissimus, cum hic versemur in subiecto eorum,
qui ex jure taciti pignoris retentionem habent, tamen
quia materiae inter se divulsæ longius mitem legentis
distrahunt, idèo eam non incommodè hic subiiciemus,
pro cuius decisione duo hæc inter se separanda erunt
(1) Jus feudorum commune à statutis & consuetudini-
bus quorundam locorum (2) Feudum antiquum ex
pacto & providentia **Stammlehen**/ à Feudo hereditario
vom **Erblehen**. Quam divisionem licet subsistere pos-
se negent de jure feudali Dd. vid. **Schulzen Synops. jur.**
feud.

feud. c.3. n.101. tamen communiter approbatam esse te-
stantur iudicem, Gail. 2. Obs. 154. Est autem feudum ex
pacto & providentia, quod Vasallo concessum est pro
se & liberis, vel pro se & filiis, nullâ heredum mentione
factâ, aut factâ illorum mentione sed non absolutâ
vor sich und seine männliche Leibes-Lehens-Erben/
sive: allein ihren männlichen Leibes-Lehens-Erben / des
Namens / Helms / Schildes und Geschlechts: Gothofr.
Anton. Disput. Feud. 1. thes. ult. lit. k. Dn. Carpzov. Synops.
jur. feud. Disp. 2. thes. 28. ad quod successores vocantur
proprio & sanguinis jure ex pacto & legis providentiâ,
non iudicio Testatoris vel beneficio Vasalli defuncti sed
primi acquirentis, Gail. d. Obs. 154. n. 2. Hereditarium
vero feudum, in cuius concessione facta est mentione he-
redum, sive quod alicui pro se & heredibus concessum
est; vor sich und seine Erben / zu rechtem Erblehen für Er-
ben und Erbnemen / in quo succeditur non ex providen-
tia legis feudalnis, sed ex dispositione juris communis,
jure hereditario, Goth. Anton. d. Disp. th. ult.

XXI.

Qua distinctione præmissâ statuitur: Mulierem in
bonis feudalibus mariti de jure feudali communi, & eo
in feudo quod ex pacto & providentia primi acquiren-
tis provenit, neque quoad dotalia bona, neque quoad
paraphernalia &c. Retentionem habere. Non ex cau-
sa taciti pignoris: quia feudalia bona ab omni pignoris
nexu libera esse jubentur. c. 1. de prohibit. feud. alien. 2.
Feud. 55. c. 1. de investit. de re alien. fact. 2. Feud. 8. § fin. Myn-
sing. 6. Obs. 45. Welsenb. π. in quib. caus. pig. tacit. n. 3. C.A.
eod. thes. 3. nec ex dispositione Mariti: quia in præaudi-
cium Domini aut Agnatorum, ad quos feudum rever-
ti & devolvi debet, nec quicquam disponere potest.
Hinc Feudista 2. Feud. 8. § fin. quamvis, inquit, possessio-

per beneficium ad eum (Vassallum) pertineat, tamen proprietas ad alium spectat; & idē quartæ seu tertiæ ratione, quæ à Longobardis seu à Romanis Viris uxori- bus fieri solet, post mortem Viriad mulierem nihil per- tinet. Quod facit etiam Responsum Lipsensium apud Georgium Beatum part. I. Cent. definit. tit. 2. quod huic materiæ inscrere libet, cum dilucidiorum reddat taciti pignoris causam. Aufz vorgelegten Fall sprechen wir vor rechtf/ das ob ihr wohl tacitam hypothecam auf euers Ehemanns Güter/ wegen desjenigen/ so ihr eingebracht/ vnd was sonst euch nach Recht vnd Gewonheit gebühret/ habet: Jedoch möget ihr solch hypothecam tacit. auf sei- ne rechte Manns-lehen vnd Ritter-güter nicht erstrecken/ oder Vermög derselben euch deren als euers Unterpfands des anmassen. V.R.W.

XXII.

Quæ sententia tamen limitatur (1) nisi vivo Marito mulier Retentionis jure sibi prospiciat, quo casu, quo- niam ad omnia bona Mariti agere potest, teste Gailio 2. Obs. 33. n. 4. etiam jure Retentionis iis insistere poterit. Ma- rito verò mortuo extinguitur jus uxoris, nec in agna- tum Mariti devolvitur, ad quem feudum liberum & absque ullo debitorum onere, pervenire debet, c.un. an agn. vel filius def. 2. Feud. 45. (2) nisi impensas in rem feu- dalem fecerit, 2. Feud. 38. §. si Vasallus. vid. infrath. 31. C.A. de jure dot. edit. nov. th. 42.

XXIII.

Quod si verò feudum hereditarium fuerit ein Erb- lehen/tunc uxor uti Retentione in bonis feudalibus de- functi sui Mariti non prohibetur. Ratio, quia in Feu- do hereditario filius & descendentes obligantur ad so- lutionem æris alieni defuncti, nec possunt repudiare he- reditatem, ut onera evitent & feudum retineant, Text. 2. Feud.

2. Feud. 45. 2. Feud. 51. Myns. 3. Obs. 67. Gail. 2. Obs. 154. n. 19.
 Talia Feuda scribit esse Gothofr. Ant. Disp. Feud. 1. th. ult.
 lit. d. in Comitatu MARCHIÆ & WESTPHALIÆ. Unde
 consulti HELMSTADIENSIS ACADEMIA Dnn. ANTECES-
 SORES rescripserunt: Dass euren Bericht nach in Meck-
 lenburg wie auch Postern die Lehen schulden bezahlen wæ.
 Demnach erachten wir darauff in Recht zu erkennen vnd
 auszusprechen seyn/dass ihr besugt an den Gütern des Juris
 Retentionis euch zu gebrauchen / bis so lang/ was ihr zu:
 Brautschatz eingebbracht / euch heraus gegeben / vnd vor:
 allen andern Creditoren bezahlet seye. Referente Dn.
 Hahnio in obseru. ad π. V Vesemb. Tit. in quib. caus. pign. n. I.
 p. 13. De consuetudine & statutis quorundam locorum
 videri possunt, Dd. Berl. p. 2. concl. 32: Rittersh. in parat.
 Feud. c. 3. q. 3. 47. allegatus à Coll. Arg. th. 5. in quib. caus.

XXIV.

Pari jure Retentionis gaudet (4) etiam Maritus in
 bonis defunctæ suæ uxoris pro præstanta dote vel reb:
 dot. evictis, l. un. §. 1. C. de Rei ux. act. & hoc ex natura cor-
 relativorum, l. fin. C. de indic. Viduit. Alth. Dicad. lib. 2. c. 17.
 n. 9. Carpz. p. 2. c. 25. defin. 18.

XXV.

Quod de uxore & marito dictum est id etiam (5) in
 HEREDIBVS illorum locum habet, ut & illi bona
 defunctorum retinere possint ob ea, quæ forsitan à de-
 functorum aliquo fuisset præstandum, l. dote relegata. s.
 ff. de dote præl. quia eadem persona cum defuncto repu-
 tantur Nov. 48. c. 1. & in omne jus, quod defunctus ha-
 buit succedunt, l. heredem 59. l. hereditas 69. de Reg. jur.
 l. 119. de V. S. vide Mynsing. 6. Obs. 82. Carpz. part. 2. const.
 25. def. 16.

XXVI.

Ex codein taciti pignoris fundamento (6) retinet:

RE-



R E D E M T O R redemtum ab hostibus. Nam & is redemtori pignori est tantisper dum ei redemtionis premium solverit, l. s. patre 15. ff. de capt. & postlim. revers. l. 43. §. fin. ff. de Legat. 1. Wesenb. n. de capt. & postlim. revers. n. fin. Treutl. vol. I. Disput. 24. th. ult. lit. p. ibid. Bachorius. C. A. tit. in quib. caus. pign. tac. th. 16. quo casu tamen non tam in servilem conditionem detrusi videntur Redemti, quam in causam pignoris constituti, l. 2. C. de postlim. revers. quod si premium solvere nequeunt, laboris obse. quio vel operâ quinquennii vicem referre beneficij jubarunt, l. fin. C. d. t. de postlim. revers.

XXVII.

Similiter (7) **V E N D I T O R**, rem quam vendidit, pro pretio nondum soluto, tanquam pignus retinere potest, donec premium ab emtore offeratur integrum, l. 31. §. 8. l. 57. ff. de adil. edict. nec sufficit partem esse solutam, l. Italianus 13. §. offerri 8. de act. emt. l. 2. ff. de heredit. vel act. vendit. Gail. l. Obs. 17. Coler. p. I. c. 2. n. 211. Wesenb. n. de abb. emt. n. 6. ibid. Dn. Hahn. n. 3.

XXVIII.

Item (8) **M A G I S T E R N A V I S** ratione mercium navis causa levanda oborta tempestate jactarum, retinere potest merces aliorum Dominorum ad hoc ut contributio fiat, l. 2. ff. ad L. Rhod. Molignat. de Retent. q. 66. (9) **H E R E S**, quartam eius hereditatis partem, quam jussus est restituere, aut si alias exhaustam vel one ratam suscepit, §. fi. Inst. de Fideicommiss. §. 1. Inst. ad L. Fal cid. l. 26. l. 73. §. fin. l. in quartam 91. l. accepit is 93. ff. ad L. Fal cid. (10) Qui merces evehendas conduxerunt aut portandas, quales sunt AVRIGÆ, TABELLARIÆ &c. retinere possunt merces, aut sarcinas viatorum, quoad illis satisfiat, l. 5. in pr. ff. ad exhib. l. 6. §. ult. qui potiores in pign. Carpz. p. 2. c. 25. defin. 21. in fin. Coler. p. I. c. 2. n. 209.

XXIX.

XXIX.

539.

Et hi quidem haec tenus enumerati ex causa pignoris retinent. Qui porrò ratione impensarum retentio nem habent, sequentia demonstrabunt: modò. *primò* impensas à se in vicem distinxerimus, quod aliæ sint necessariæ, aliæ utiles, aliæ voluptuariæ, secundum ea, quæ habentur, in *l. impensa* 79. ff. de V. S. l. 1. §. 1. l. 14. l. 5. §. fin. & l. 6. & 7. ff. de impens. in rem dotal. deinde b. f. possesso rem à malæ fid. poss. & denique impensas, quæ fructuum causa fiunt ab iis, quæ circa rem ipsam. de qua distinctio ne, vid. Coll. Argent. de Jure dot. thes. 42. edit. nov. pag. 71. in fin.

XXX.

Quia verò Retentionis materia insuper ita compara ta est, ut aliquando sola nobis superfit, nullâ actione aliâ nobis competente, quod accidit si quis in rem alienam à se possessam, maximè bonâ fide, impensas suo nomine fecit, l. Paulus 14. ff. de dol. mal. & met. except. l. 33. de condic. indebit. l. in hoc 14. §. 1. vers. diversum ff. comm. divid. quo casu licet actione destituamur, quia neminem obligare voluimus, d. l. 14. §. 1. ff. comm. divid. Retentionem tamen habemus, l. 48. ff. de R. V. §. ex diver so Inst. de rer. divis. Aliquando verò etiam simul Domi num, & qui jus repetendi habet, propriâ obligatione habeamus obligatum; quod fit, quoties quis ex justa causa rem alterius, voluntate ipsius, penes se habet, & vel impensas in eam fecit, vel damnum per eam passus est: quo casu & contrarium judicium datur, l. in reb. 18. §. ult. ff. commod. & præterea Retentio: quoniam secundum allegatam, l. 18. commod. id etiam salvum habere possumus iure pensionis, si recto nobiscum judicio agatur, quod contrario Judicio consequi.

C

XXXI.



Hinc rursum duas classes Retinentium constitue-
mus. *Unam* eorum, qui nudo & solo retentionis Jure
nituntur; *alteram* eorum, qui præterea actione aliquâ
competente firmati sunt, qua persequi id, quod abesse
sibi conqueruntur, possunt. Horum illi qui nullo
alio modo quam per retentionem impensas servare pos-
sunt, in genere omnes sunt qui in rem alienam, quam
tenent quasi suam, suo nomine impensas fecerunt, si-
ne animo alterum sibi obligandi, l. 14. §. 1. verf. diver-
sum, *commun. divid.* Hi si fuerint in bona fide, omnes
omnino doli exceptione servabunt, l. planè 38. l. 39. §. vi-
deamus i. ff. de hered. petit. Malæ fidei autem possessor
necessarias tantum, l. 5. C. de R. V. l. 38. in fin. ff. de heredit.
pet. l. 36. §. fin. eod. utiles verò & voluptuarias tollere aut
abradere, si sine laesione prioris status rei fieri potest, l. 5.
C. de R. V. l. 37. ff. eod. l. 39. §. 1. de pet. hered. Ludw. exercit.
Inst. 4. thes. 8. Ungeb. Exerc. 6. q. 4. In specie verò hoc
beneficio gaudent (1) qui ædificat in alieno solo ex sua
materia, §. ex diverso 31. Inst. de Rer. divisi. Locam. innot.
ibid. lit. c. qui Dominum soli si ædificium petat, nec pre-
mium materiæ solvat, aut mercedes fabrorum, repellere
potest doli mali exceptione, d. §. 31. l. 14. ff. de condic. in-
deb. (2) Qui fundum alienum suâ impensâ bonâ fide
consevit. §. quâratione 33. Inst. de rer. divisi. (3) Heredes
Vasalli allodiales, si feudum sine culpa Vasallus fuerit
apertum, retinere feudum possunt, si Vasallus in eo ali-
quod ædificium fecerit, vel ipsum suâ pecuniâ meliora-
verit, c. un. Hic finitur lex, §. si Vasallus 2. Feud. 28. per gene-
ralem regulam, l. 5. de impensis in rem dot. quæ rem debito-
ris retinere permittit, pro impensis aut meliorationibus
in ea factis. vide Carp. p. 3. Constat. 32. defini. 14. Schneld.
§. 28.

XXXII.

Qui verò simul actionem habent, retinere tamen rem quam tenent malunt, cùm melius sit rei incumbere quām actionibus experiri, l. 25. ff. de R. I. sunt omnes illi qui in rem alterius, ut alienam, eo animo ut alterum sibi obligarent, impenderunt; vel in ea aliquid fecerunt, administrarunt; vel etiam aliunde sibi rei dominum ex causa debiti obligarunt. Qui propterea insuper remedio aliquo civili muniti sunt, quod negotium quod gerunt, ita comparatum est, ut actionem producat, & præterea Retentionem, juxta regulam Juris: cui datur actio ei multò magis retentio, l. 4. C. de Usur. l. 1. §. is autem 4. in fin. ff. de superf. l. 156. §. cuif. de R. I. Ethorum licet varii sint & quamplurimi qui utroque remedio nituntur, etiam ii qui ex causa pignoris sublevantur, de quibus in precedentibus dictum, non tamen omnes recensere necessarium putamus, cùm facile per species ire, qui genus cognoverit, ipse possit. Quocirca in frequentiores tantummodo inquiremus, quales sunt (1) CREDITOR, qui in rem oppigneratam aliquid impendit, fecit ad eius conservationem l. si necessarias 8. ff. de pign. act. l. 1. de pign. (2) MARITVS, qui impensas necessarias in dotem fecit, nam huic ea propter adhuc comparata est retentio dotis, per l. un. §. taceat C. de Rei Uxor. act. §. item si de dote 39. Instit. de act. l. 5. l. 15. ff. de impens. in rem dot. fact. l. is qui 56. §. 3. de jur. dot. l. illud convenire potest s. §. fin. de pact. dot. Bocer. Clas. 2. Disp. 18. thes. fin. Carpz. p. 2. Constat. 25. def. 19. num. 8. 9. 10. C. A. de impens. in rem dol. th. 9. (3) COMMODATARIVS qui impensas necessarias in rem commodatam

C 2

fecit,

fecit, l. si quis 59. l. 15. §. fin. de furt. l. 18. §. 2. & seq. ff. com-
mod. necessarias dico, nam modicas, cibariorum puta,
ipse commodatarius sustinebit, d. l. 18. §. 2. commod. l. 12.
de impens. in rem dot. (4) DEPOSITARIVS rem-
depositam; nam & hic experiri iudicio contrario potest,
si quas impensas in rem depositam fecit. l. actione 23. l. ei
apud s. ff. depos. ergo etiam retinere, arg. l. 18. §. fin. ff. com-
mod. cum & præterea hoc ipsum tacite conventum vi-
deatur ut impensæ fiant, ne detrimenti aliquid ob eas
neglectas patiatur res deposita, l. 8. in pr. & §. fin. de pign.
act. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 26. thes. 5. list. c. vers. sed
an per impensas. item Riem. quest. Illastr. dec. 9. q. 9. (5)
EMPTOR rem quam emit alienam, si impensas in eam
fecit & evincatur. l. 45. §. 1. de act. emt. (6) CONDV.
CTOR rem conductam, si quas expensas necessarias fe-
cit aut utiles in reparacione puta, ædium aut habitatio-
nis, item si vineas posuerit, l. dominus 55. l. pen. ff. Locat.
Carpzov. p. 2. Constat. 25. de fin. 21. Coler. d. l. n. 208. 209. (7)
NEGOTIORVM GESTOR si utiliter in rem
ablenis impendit, l. 13. ff. de neg. gest. l. 1. in pr. quib. mod.
pig. solv. (8) PROCVRATOR qui sumptus in lite fe-
cit, rerum quæ sitarum retentione uti potest, nec ante
rationes reddere tenetur, quam ei planè à Domino sit
satisfactum. l. 25. §. fin. & seq. l. 30. l. 46. §. 6. ff. de Procurat.
Wesen. π. de Procur. num. 8. in fin. (9) AD VOCATI,
NOTARII, ACTVARII, ob non solutam mer-
cedem seu honorarium, acta & processus Clientis, Gail.
2. Obs. 12. n. 5. Finckelthaus. Obs. 98. n. 25. æquiparantur
enim operæ impensis, §. 2. Inst. de Societ. quæ justam re-
tinendi causam tribuunt, l. si quis 59 ff. de furt. Carpz. d.
defin. 23. (10) SARTOR vestem, si merces non fuerit
soluta, Gail. d. Obs. 12. num. 5. Coler. p. 1. c. 2. n. 213. (11) FA-
MVLVS,

M V L V S, A N C I L L A retentionem habent in ædibus domini, nec inde expelli possunt donec de mercede satisfiat, Carpzov. d. l. defin. 22. (12) C A R C E R V M C V S T O D E S incarceratedum, donec persolvantur expensæ, Alth. *dicaol. lib. 2. c. 17. n. 16.* quia nemini officium suum debet esse damnosum, *l. sed & si quis ff. quem: testim. aper.* (13) H O S P E S, C A V P O, hospitantium res pro hospitatione, Carpzov. d. l. defin. 22. n. 4. Et qui plures haberi possunt, de quibus videri Mologn. potest in libello suo de Retent.

XXXIII.

Ex causa juris ad rem retinere possumus res illius, qui nobis obstrictus est quoquo modo. Nam licet tunc actione nonnunquam destituamur, præsertim in illis obligationibus, quibus jus civile tam efficaciter non assistit, ut actionem tribuat; quales sunt, quæ nascuntur ex contractu servorum, *l. 14. d. Obl. & act. l. 13. de Constit.* pec. item ex eo, qui est inter fratres in potestate constitutos, patrem & filium &c. *l. 38. de condic. indeb. & si aliud aliquod debitum naturale in obligatione versetur, l. 28. l. 13. l. 15. ff. de condic. indeb. de qua re vid.* Alt. *hus. dicaol. l. 2. c. 17. n. 19. & seq.* Retentionis tamen beneficio relevamur, si solutum nobis sit, *l. 16. §. 4. ff. de Fideicom.* nec tanquam indebitum condici poterit, *l. 13. §. 26. de condic. indeb. l. 17. §. 4. ff. de pact.* Quod & de usuris verum est, ut & illæ retineri possint, nec soluta condici, *l. un. C. etiam ob chirograph. pec.*

XXXIV.

Atque hæc hæc tenus de prima subiecti parte. Sequitur jam altera, *contra quos scilicet Retentio detur.* Hi quamvis maximâ ex parte ex superioribus cogniti esse possint, cum se invicem vi Relationis attingant, tamen

operæ pretium erit, quædam memora & hīc exhibere,
quæ in superioribus non fuerint comprehensa. Datur
itaque Retentio (1) Contra FISCVM, si quæ bona debiti-
toris obērati ex causa aliqua civili vel criminali ei fue-
rint applicata. idq; dupli ex ratione. 1. quia eiusmodi
Fiscus creditoribus respondere cogitur, l.31. ff. solut. matr.
l.2. C. ad L. Iul. de vi public. 2. Quia exactio poenæ post-
ponitur rem suam persequentibus, l. unic. C. par. fiscal.
Credit. praf. lib. 10. Ex quibus sequitur etiam Reten-
tionis viâ consequi posse id, ad quod consequendum
petitiones comparatae sunt, l. 1. ff. de pign. Limitantur
tamen prædicta, nisi publica utilitas aliud suadeat, Carp-
zov. part. 2. Constit. 25. defin. 25. (2) Contra ECCLESIAM.
quando ex Contraetū Venditionis fortè, aut Locatio-
nis læsa restituitur, ut meliorationum habeatur ratio,
ne emptor aut conductor, si fortè possessiones illas ex-
pensis & labore suo reddiderint meliores sumptibus,
quos bona fide fecerunt, defraudarentur, c.1. in fin. extr.
de Restit. in integr. (3) Contra MINOR E M si præ-
diū sine decreto alienatum revocaverit, ob sumptus
meliorati prædii restituendos, l. se prædiū 16. in fin. C. de
prad. & alii reb. min. fin. decr. l.39. §. fin. ff. de Minor.

XXXV.

O B J E C T U M sive materia circa quam sunt res
alienæ, l.48. de R.V. l.33. ff. de condic. indeb. non propriæ,
l. deduct. 58. §. 2. vers. quod si fānus ff. ad SCt. Trebell. quia
nemo sibi ipsi obligari, nec unius eiusdemque rei co-
dem tempore debitor & creditor esse potest, l. heres 21.
§. 2. l.56. §. 1. ff. de fidei ff. & quidem alienæ respectu eius
qui retinet, non respectu debitoris, huius enim debent
esse propriæ, Carpzov. p. 1. c.25. def. 17. n.12. Berlich. p.2.
concl. 32. n. 17. Sive illæ res corporales sint sive incorpo-
rales,

tales, mobiles sive immobiles, divini vel humani juris, publicæ vel privatæ, feudales vel allodiales, nihil inter-
est, in omnibus enim his, si causa retentionis (de qua in
præcedentibus dictum) subsit datur Retentio, l. 59. ff. de
fuit. Hillig. Donell. Encl. lib. 8. c. 22. lit. f. Sc retineri pos-
sunt N O M I N A. Molignat. de Retent. quest. 270. R E S
E C C E S I A E c. 1. X. de in integr. restit. MINORIS l. 39.
§. fin. ff. de Minorib. de quibus in thes. præced. R E S S P O-
L I A T A l. 38. ff. de pet. hered. per ea quæ de m. f. posses-
sore tradita sunt, in thes. 30. vid. Gail. 2. Obf. 12. R E S
E M P T A E sub pacto de retrovendendo, pro alio debito.
Carpzov. part. 2. confit. l. 1 def. 18. D E C I M A E & R E D I T V S
ex quibus stipendia Ministris Ecclesiastum & Scholarum
exsolvenda sunt. quæ Catholicis è Statuum Augustanæ
Confessionis provinciis, aut vice versa his ab illis deben-
tur, N. A. zu Augspurg de anno 1555. §. Als auch denen
Ständen der alten Religion verwandt. Instr. Pac. Ces.
Suec. art. 5. §. II. impr. retineri possunt, si qui illorum ex-
solvere neglexerint: quia ad solutionem obstringuntur,
d. Recet. R E S F E V D A L E S, de quibus in thes. 20. &
& 30. P I G N V S, C O M M O D A T V M, D E P O-
S I T V M &c. de quib. in superioribus.

XXXVI.

F O R M A Retentionis alia intrinseca est, alia ex-
trinseca. Intrinseca naturam Retentionis respicit, quæ
consistit in nudâ rei alienæ detentatione, sine affectio-
ne seu animo possidendi, & quidem ex certa & justa cau-
sa competente, prout id ipsum ex textibus passim collig-
i potest, §. 3. Instr. de Rer. divis. l. 14. de dol. mal. & met. ex-
cept. l. 38. §. 2. vers. quod si. ff. ad Sct. Trebell. l. 25. ff. de pign.
l. 5 quis 10. §. 1. de acquirend. vel amitt. poss. l. 34. de damn.
in se. Extrinseca in circumstantiis Temporis & loci
versa-

versatur. Et quidem respectu loci fieri retentio potest, tam in judicio quam extra judicium. In judicio quando conventus Retinens dolis defendit exceptione, §. 30. Inst. de Rer. divis. vid. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 20. th. 6. lit. b. verb. fiat autem deductio. Extra judicium, quando propria autoritate, non requisito ad id judicis officio, Retentione utitur, arg. l. un. C. etiam ob chirograph. pec. Respectu Temporis, nulla Retinenti currunt fatalia quibus jure suo excludatur, sed semper, quam diu causa subesse certa & justa cognoscitur, competit, donec satisfactum fuerit de omnibus, quae ei debentur. Carpz. p. 2. conf. 25. d. 9. num. 7. idque jure optimo, quia exceptio dolis, cui se Retentio associat, perpetuo datur, l. pur. 5. §. fin. l. 14. ff. de dol. mal. & met. except.

XXXVII.

FINIS in hoc consistit, ut securi reddamur, de debito consequendo, & ut adstringatur ad solvendum, qui rem habere desiderat. l. 33. de Cond. indeb.

XXXVIII.

Quibus ita haec tenus secundum causarum genera exploratis, proximum nunc est, ut ad EFFECTVS deveniamus, qui ex illis colliguntur. Quorum quidam adstruuntur sive ponuntur, quidam vero de Retentione negantur. Prioris generis sunt

(1) Quod is, qui jure Retentionis Rei alienæ incumbit, adstringatur ad reddendas rationes, si forsan fructus ex re retenta percepit, aliudve quid fecerit, administraverit. arg. l. 2. ff. de neg. gest. l. 1. §. officio 3. de tutorib. & ration. distractib. Coler. part. 1. cap. 2. num. 233. Ne sub praetextu retentionis occasionem querere videatur, alienas dilacerare facultates, ut Imperator in l. 2. pr. C. qn. & quib. quart. pars deb. loquitur: quas tantum custodiæ causa deti-



est,
ndo
30.
6.
an-
cio,
per.
qui-
ausa
e fa-
rpz.
tio
rēs.

de
um,

nera
VS
qui-
ten-

um-
ctus
mini-
b. &
præ-
nas
uib.
ausa
leti-

detinet, quo magis cautum ei sit, de pretii refusione, l. is cui s. ff. ut in poss. legat. Quare nec Vidua, quæ Mariti bonis incumbit, à præstandis rationibus immunis est, teste Carpzov. part. I. cap. 25. def. 14. cùm, ut Colerus scribit part. I. cap. 2. num. 199. proceſſ. execut. Retentio bonorum Mariti non importet alium effectum, quām ut mulier fruatur interim bonis Mariti, quoad indigentiam suæ necessitatis, & per hoc medium privata Retentionis consequatur suam dotem.

545.

Z

X.

(2) Quod teneatur præstare diligentiam eam, quam res retenta requirit. Unde & ad dolum & culpam præstandam obligatus erit, eamq; tam latam quam levem, prout negotium erit ex quo Retentionis jura promanan, arg. I. contractus 23. de R. I. l. 5. §. 2. ff. Commod.

(3) Potest jus Retentionis in alium transferre titulo quoconque, tam universali, l. 5. ff. de dot. præleg. quam singulari, Ventionis p. Donationis, oppignerationis, l. 14. §. 1. ff. Comm. divid. Myns. 6. Obs. 82. n. 2. Carpzov. part. I. Conſtit. 25. def. 16,

XXXIX.

Posterioris generis effectus (eorum scil. qui de Retentione negantur) potissimum duo sunt:

(i) Quod Retinens ab omni exactione onerum, tributorum puta, pensitationum publicarum &c. quæ respectu rei retentæ indicuntur, immunis sit, nec quicquam præstare teneatur. Ratio, quia sunt onera frumentum, quæ Dominis incumbunt, l. 13. ff. de impens. in rem dot. Carpzov. d. Conſt. 25. d. 27. Nec obstat, quod in l. Imperatores 7. ff. de publ. & Vect. dicitur: in vectigalibus ipsa prædia non personas conveniri; & possessores etiam præteriti temporis vectigal solvere debere. Et in l. 3. C. de ann. & trib. Indictiones non personis sed rebus

D

rebus

bus indici solere. vid. Gail. 1. Obs. 21. num. 19. 20. Secer-
nendum namque hic erit, debere, solvere, exigere. Exi-
git quidem exactio tributa à possessore, quæ solvere te-
netur ex vi hypothecæ bonorum, d. l. 7. ff. de publ. & ve-
tig. non tamen de suo, sed habet deductionem. C. A.
dejur. dot. thes. 42. edit. nov. pag. 71.

(2) Quod ei, qui jure Retentionis Castrum, pa-
gum, territorium &c. aliquod tener, vigore Pacifica-
tionis Osnabrugensis & Monasteriensis non propterea
jus reformandi sit tributum, id quod expressè cautum
legitur in Instr. Pac. Cas. Suec. art. 5. § 14. verf. sola.

XL.

Progradimur jam ad CONTRARIA, quæ Re-
tentioni adversantur vel ut constituendæ, vel ut con-
stitutæ. Ut constituendæ, quando ea impeditur à causa
vel interna vel externa. Ab interna, si alio quām re-
nendi animo possidetur: aut res detinetur retineri pro-
hibita, l. 12. C. de SS. Eccl. Ab externa, quando deest
sufficiens & justa aliqua causa quæ retentionem im-
portat, vid. thes. 7. Gail. 2. Obs. 12. num. 5. l. 12. in fin. ff. de
vi & vi arm. Ut constitutæ adversatur solutio, per quam
Retention dissolvitur, l. 25. §. fin. junct. l. 26. ff. de Procur.
Quemadmodum alias soluto eo quod debetur, omnis
obligatio tollitur, pr. Inst. quib. mod. toll. oblig.

XLI.

Ultimo loco nunc restant AFFINIA, quæ paucis
quoque erunt expedienda. Tria autem potissimum
sunt, quæ propter affinitatem huic materiae adnefi
possunt: Compensatio, Pignus & Repressalia. COM-
PENSATIO, idèò, quia utraque securitati Credito-
rum consulit, cum utraque potius esse putat rei incum-
ber

bere quam actionibus defatigari, l. i. ff. de pign. l. 3. de Compens. & præterea tam arcte inter se Retentio & Compensatio colligata sunt, ut ubicunque haec competit, illa simul locum habeat, l. ob negotiorum 20 ff. de compens. l. 3. C. eod. Licet non nihil inter se quoque differant. Nam (1) compensatio res fungibles respicit, quæ ex mutua obligatione debentur, l. 2. §. 1. l. 6. ff. scert. pet. l. 1. 5. 8. II. C. de Compens. l. 18. ff. de pign. act. Wesenbec. π. de Compens. num. 6. Retentio vero res quasvis, tam fungibles quam species. Gail. 2. Obs. 12. num. 4. (2) Illa solutionis instar est, ideoque & obligationem & actionem absorbet: Haec rem duntaxat debitoris quasi pignoris iure detinet, quod facilius debitum Retinens recipiat, manente nihilominus tam obligatione quam exceptione, l. 26. §. 4. ff. de Cond. indeb. l. 5. de dot. prel. l. 14. de Except. dol. Perez Comm. Cod. de rei ux. act. n. 15.

XLII.

Deinde adiacet etiam Retentioni PIGNVS l. i. pr. ff. de pign. l. un. C. etiam ob chirograph. pec. l. 15. §. 1. ff. defurt. Nam quemadmodum pignus Creditoris causa constituitur, quod magis ei in tuto sit Creditum, §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. ita etiam Retentio securiore reddit Creditorem. Et sicut pignus, si debiti excedat quantitatem, nihilominus manet obligatum, l. 9. §. 3. ff. de pign. act. sic etiam res retenta retineri potest, etiamsi valore suo ipsam debitum excedat, arg. §. ex diverso 30. & §. ex qua ratione 33. Inst. de Rer. divis. Differunt (1) quod pignus actionem, tot. tit. ff. & C. de pignerat. act. Retentio, quæ talis, non nisi exceptionem producat, l. 33. ff. de cond. indeb. (2) Pignus distrahi quandoque potest si debitor solutionem differat, eo-

D 2

que

que distracto Creditor de pretio sibi satisfacere, l. 8. &
tot. tit. ff. de distract. pign. l. 2. C. si in caus. jud. l. 3. C. de Exe-
cut. rei Iudic. cum in Retentione hæc prorsus censean-
tur prohibita , nisi jus Retentionis alii cedere liber,
l. 14. §. 1. ff. Comm. divid.

XLIII.

Denique Retentioni etiam adhærent, tanquam
affine remedium, REPRESSALIÆ. Quæ sunt po-
testas impignorandi contra quemlibet de terra debitoris,
date Creditori pro iniuriis & damnis. Prout describuntur
ex c. 1. de iniur. & damn. in sexto. à Mynsing. 6. Obs. 1. In-
troductione jure gentium necessitate cogente, ut eorum
cohibeantur insolentiae , qui viâ juris conveniri non
possunt. Grot. de Iur. Pac. & bell. lib. 3. cap. 2. num. 2. Im-
petrantur regulariter à superiore, qui habet jus indicen-
di bellum: quoniam ut Gaius ait, de pign. Obs. 2. num. 3.
quodammodo pugna offertur his , unde bellum sequi-
tur: quod non nisi à Maiestate indicitur legitimè & ge-
ritur, l. 3. ad L. Iul. Maies. c. quid culpatur §. ordo autem 23.
q. 1. l. 17. C. de remilit. lib. 12. l. unic. C. ut arm. usus. Licet usu
invaluisse scribat Arum. vol. 2. jur. publ. disc. 8. ut etiam
Electores Imperii Romani, & alii Magistratus , qui libe-
ram Reipublicæ habent administrationem , huius juris
participes se reddiderint. Conceduntur autem contra
exterios regulariter , qui alterius subiiciuntur juridi-
ctioni, nec alio remedio cohiberi possunt. Arum. vol.
4. jur. publ. disc. 27. Et quidem ob denegatam justitiam
aut etiam malitiosè protractam, aliamve justam causam
Mynsing. 6. Obs. 1. num. 4. dummodo denegatio facta fue-
rit & à Magistratu requisito & requisiti superiore. Aru-
mæus vol. 2. jur. publ. cap. 8. thes. 4. In Imperio Roma-

no

no planè interdictæ leguntur. X. A. zu Speyer de anno
1570. §. Wann auch die Arresta; & quæ occasione bel-
li hactenus natæ, jubentur tolli, Inst. Pac. Cæf. Suec. ar-
tic. 9. in pr. quia remedii sublevamur ordinariis, si de-
negata aliqua in parte nobis fuerit justitia; Ordin. Cam.
part. 2. tit. 26. in pr. ut extraordinariis inde opus non
habeamus, cap. I. X. de iniur. & damn. in sexto. l. in cau-
sa cognitione 16. ff. de Minorib.

Tantum.

S. D. G.

AD VIRVM

Clar. ac Prastantiss.

DN. GRAFFIVM,

scribebam.

amicitia & amoris ergo

JOSVA ARNDIVS.

TErrarum Dominâ terrâ sate, Sedule
GRAFFI,

Auspiciis cape dignatius! Patriaque
supremis

Ausa tua fatis aequalia suscipe felix,

D 3

Et

*Et gentem Dominam c̄ivilibus in due curis
Casare & legis, sacra tarumq; tiara
Gemmarum Arcadii studiis impone coronā.
Rubricas Masuri natasq; ad iurgia fraudes
Clamosi fuge, Docte, fori, fuge longius umbras
Has legum Augustarum & inania sibila juris
Et solidum tinnire stude; Neu vincere turbā
Immanis vulgi, fruges consumere nati
Discentisq; nihil nisi quod nescire juvaret.
Augustus paria usq; tuis, & digna regente
& Austriadum fato, primisq; aequalia cæptis
Perpetuus faustusq; urge, certoq; sequentes
Aut titulos spera, quanquam his sine celsior
extes,*

*Aut laudem solidā nec inania præmia spera.
Si cæptam metire viam, sic sedulus insta
ð dilecte, sacras & fortius excute leges.
Cumque quid illarum studium ferat hauseris
olim.,*

*Et longum permensus iter consideris arvis
Aut patriis, aut sortis agris da moribus arte
Et quod scis bene, vive pie, nulliq; nocendo
Quod Tua iura docet, fugientes transige soles,
Utq; ferent anni, nostri sine face memento.*

Dum

DVm retines, Dilecte, Tuos, retineris
isdem

Tu quoq;. Quām grata hēc nostra
Retentio erit!

Præcellentiss. Dominο G R A F F I O,
Amico inter certissimos mihi æternum colendo,
gratulantis animi signum, & constantis ami-
citiae memoriam reliqui

Johan. Henricus Schröter.

F I N I S.



Wittenbergensis Dilectissima P. et R. Academia
Theodori. Quamq[ue] Antiquae M[od]elli
Recensioem!

Praesertim Dilectissima Auctio
Amicorum et Litterarum et Cognitorum
Gloriosissime et magnificissime
et eximissime Recensio

Lipps. Henricus Schenck

XII







ULB Halle
003 882 810


3




(f) 56

Kmz







Farbkarte #13

1657

Q. D. B. V.
DISPV TATIO IN AVGVR ALIS
DE
RETENTIONE,
Quam
AVTHORITATE
Iagnifici, Nobilissimi & Amplissimi JCtorum
ordinis in Illustri ac inclyta Argentoratensi
Academia,
pro consequendis
VMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS,
publico & solenni examini submittit
GOTTFRIDVS Graff/ Austriacus.
ad d. 9 Maii.

ARGENTORATI,
Ex Typographeo FRIDERICI SPOOR.
ANNO M DC LVII.

Ex Typographeo FRIDERICI SPOOR,

ANNO M DC LVII